

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERSE (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





Quis sublimis habitans aternitatem? Isaïæ 57.

DEUS OPT. MAX. qui omnem exuperat temporum plenitudinem, cujus existentiam ipsa rerum natura clamat, ac prædicat: hæc itaque propositio, Deus est, est per se nota quoad se, licet non sit per se nota quoad nos; tam manifesta nobis est, ut nemo nisi insipiens dicat in corde suo, Non est Deus, nec eam in dubium revocent ipsi Philosophi, quibus res solâ demonstratione patent; potest si non à priori, saltem à posteriori efficacissimè demonstrari. Actus est simplicissimus Deus, qui nullam patitur compositionem. Substantia est; at nulli accidenti subest: essentia est; at nullo genere, nullâque differentiâ limitatur: qui ergo Deum à suis perfectionibus plusquam ratione distinctum fatetur, Scripturam non intelligit, non legit Sanctos Patres; non sectatur Concilia, nec rationem proflus consultat: si tamen pro modulo nostri ingenii divinam naturam prout ab attributis distinguitur liceat explicare; pro differentiâ ejus constitutivâ non intellectionem actualem, sed independentiam (seu aseitatem) assignabo, quæ Deum formaliter constituat, & ab omni creato, & increato distinguat.

OMNES in se perfectiones tanquam in proprio & inexhausto fonte possidet Deus, non quidem eodem sed diverso planè modo; simpliciter simplices formaliter, simplices verò eminenter. Solus bonus appellandus est, & ab eo descendunt omnia bona. Magnus est Dominus, & magnitudinis ejus non est finis, omnia penetrat, omnia replet, & super omnem magnitudinem se diffundit: quò ibit ergo peccator à Spiritu ejus? & quò à facie ejus fugiet? ubique est per essentiam, præsentiam, & potentiam, quem cali capere non possunt; itaut ex illius operatione à posteriori tantum colligatur ejus præsentia. Solus immutabilis & æternus apud quem nulla est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Æternitas rectè definitur à Boëtio interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio, includit in suo formali conceptu durationem: imò ipsa est formalis duratio, & virtualis successio; hanc sibi nulla creatura vindicat, aut vindicare posse credit: solius Dei census proprius est æternitas.

DUPLICITER cognosci potest Deus, abstractivè quidem à nobis in hac vita degentibus; intuitivè verò à beatis celo gaudentibus: cognitio igitur Dei duplex, naturalis vna, supernaturalis altera: utraque est possibilis, sed non æquè demonstrabilis; non enim supernaturalis possibilitas demonstratur, nec ad eam datur appetitus: quid autem Deus præparet diligentibus se nec auris audit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit; nemo tamen Catholicus sustinere audeat quòd differatur merces post laborem, aut corona post prælium. Apagè Millenariorum commentum, quo mille annorum spatio beatos in terris regnatos cum Christo fingitur, antequam in cælum admittantur: licet forsitan quorundam antiquorum Patrum, etiam Sanctorum patrocinio non caruerit, meritò tandem ab Ecclesiâ rejectum est & damnatum; pariter aliorum proscriptit errorem, qui beatitudinem animarum differri volunt donec corpora resurgant, easque in atriis detineri, nec in cælum recipi, nec Deum videre: hunc aliquando defendit, & prædicavit Ioannes XXII. definitivè nunquam.

INTELLIGITUR Deus à beatis per speciem expressam, non per impressam, aut objectivam; hæc est impossibilis, illa inutilis, & superflua, quamvis impossibilis non mihi videatur. Oculi corporis etiam glorificati essentiam divinam nunquam attingent: an tamen id per absolutam Dei potentiam fieri possit magnum est dubium, & hanc quæstionem quam difficillimam appellat S. Augustinus in eaque anceps fuit & dubius; solus intellectus attingit, non qualicumque tamen, nec suis relictis viribus, verum per illustratum lumine gloriæ, in quo divinum illud lumen fiat illi visibile. Lumen gloriæ non est visio beatifica, nec increatum lumen aliquod: sed potius quædam qualitas habitualis permanentè inhærens intellectui beato. Duplex habet munus, disponit intellectum ad recipiendam divinam essentiam, eumque ad visionem eliciendam evocat, & corroborat, eum eo efficienter concurrens: hujus tamen necessitas non mihi videtur tanta, ut per vberiorum concursum non possit suppleri, nec tanta ejus sublimitas, ut repugnet d:ri intellectum cui visio beatifica sit connaturalis.

IN domo Dei mansiones sunt multe, & diversi habitantium ordines, beatosque æquali & inæquali beatitudine afficit Deus, alia est claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum, &c. Hujus autem inæqualitatis causam si quæras; moralem in diversitate meritum; physicam in dispari luminis gloriæ intentione meritò repones. Hinc cum æquali lumine gloriæ plus intueri non valet intellectus perspicacior, quam hebetior: at ille plus participabit de lumine gloriæ qui plus habet de charitate, nemo interim tanto lucis fulgore potest illustrari ut Deum comprehendere possit: videbimus tamen cum sicuti est; neque essentia divina sine personis, & attributis, neque personæ sine essentia & iisdem personis, neque personæ sine se invicem, neque vnum attributum sine alio intuitivè videri potest.

BEATI vident omnia fidei mysteria, rerum naturalium genera, & species, ipsa quoque singularia, quæ ad proprium suum statum pertinent, ipsas etiam orationes, & preces quæ ad ipsos diriguntur, quid est enim quòd nesciant qui scientem omnia sciunt: omnia tamen impossibilia attingere non possunt: res omnes in aliqua temporis differentiâ existentes non attingunt: sed in Verbo tanquam in speculo quidquid eorum interest illucelcit; unde cognitionem Beatæ Virginis Mariæ Deiparæ, utpote reginæ nostræ & advocatæ omnibus majorem (si sola ejus filii excipiantur) non dubito. Potest Deus se viatoribus videndum præbere, vtrum autem id privilegium alicui concesserit: magna est controversia de Moïse, & Beato Paulo divulsa est Sanctorum opinio, & ex sacra Scriptura vix quidquam colligere est, nunc enim affirmare, nunc negare mihi videtur: partem negantem nunc sequor. Deum nemo vidit unquam.

UNUS est Deus in essentia, trinus in personis: adorandum tamen hoc Sacrosanctæ Trinitatis mysterium humano ingenio agnoscere velle, deprimere est: Trinitatem in vnitatem, & vnitatem in Trinitate Ecclesiâ intelligit, synagoga non credit, hoc Philosophia non sapit. Duæ sunt solum processionès immanentes, quia duo sunt tantum illarumdem processionum principia proxima & immediata, puta intellectus & voluntas; per primam procedit Filius, per secundam Spiritus sanctus. Tres sunt personæ, alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti. Quatuor sunt relationes originis veræ propriæque dictæ: reales non modò secundum esse in: sed etiam secundum esse ad, quarum ab essentia distinctio virtualis tantum: oppositæ à se invicem realiter; disparatæ virtualiter distinguuntur. Subsistunt per subsistentias relativas: ita tamen ut sit vna absoluta & communis essentia divina sicuti & existentia. Quinque notiones communiter numerantur, nimirum paternitas, & innascibilitas in Patre, filiatio in Filio, spiratio activa in Patre & Filio, & spiratio passiva in Spiritu sancto: hæc multum juvant intellectum ad cognoscendum Deum vnum & trinum.

PATER est principium non de principio, Filius principium de principio: sed vtrumque simul non duo, sed vnum Spiritus sancti principium: Filius non est factus, nec creatus, sed genitus Patri consubstantialis, ut bene definitum est in Nicæna Synodo. Spiritus sanctus non est factus, nec creatus, nec genitus, sed ab utroque procedens, alioqui à Filio non foret distinctus; quodnam verò sit discrimen generari inter & produci certò definire difficillimum est, multi multas excogitarunt sententias; hanc sequor quæ asserit Filium ideo dici genitum quòd procedat in similitudinem naturæ vi processionis suæ; non item Spiritum sanctum. Ut æqualitatem personarum: ita & circuminfessionem admitto, quæ sit mutua personarum in se invicem existentia, quæ sunt singulæ in singulis, singulæ in omnibus, omnes in singulis. Missio convenit personæ divinæ, duplicem habet habitudinem; visibilis est, & invisibilis, missio visibilis Filii potest separari à missione visibili Spiritus sancti, & vicissim. E contra de invisibili, vna non potest esse sine alia. Missio invisibilis fit ad omnes gratiæ participes. Mittitur Filius, mittitur Spiritus sanctus. Solus Pater, utpote innascibilis non mittitur.

ANGELORUM existentiam docet fides, suadet ratio, sed non evincit. Sunt substantiæ spirituales create completæ; procul ergo ab eis materiæ contagio. Incorruptibiles sunt ab intrinseco, secus ab extrinseco. Eorum alii ejusdem sunt: alii diversæ speciei; cujusvis ordinis & hierarchiæ bonos & malos crediderim; cave tamen ne dæmones malos dicas per naturam: omnium primus peccavit superbiâ, multisque inferioribus fuit occasio peccati: quodnam autem fuerit ejusmodi superbiæ motivum vix assequi potest: potuit esse vno hypostatice. Angeli triplici pollent facultate, intellectu, voluntate, & vi motrice: per intellectum norunt Deum se suamque substantiam sine specie, res alias per species à Deo infusas, liberas secretasque cordium cogitationes, & futura certò & infallibiliter non noverunt, nisi posita eorum directione ac revelatione: per voluntatem Deum amant necessariò & inæqualiter: possunt usque ad extremum judicii diem proficere in sua beatitudine accidentali novis gaudiis & revelationibus: per facultatem motricem moventur è loco ad locum necessariò transeundo per medium, in quo non sunt per operationem. Sicut vnus locus potest plures Angelos capere, ita vnus Angelus plura loca occupare potest: regnis, provinciis, singulis etiam hominibus sui sunt Angeli ad eorum custodiam deputati à Deo trino & vno, qui est sublimis habitans aternitatem.

Hæc Theses, Deo duce vno & trino, auspice Deiparæ Virginis, & Præside S. M. N. ANDREA DE MARILLAC Doctore Sorbonico, tueri conabitur

LUDOVICUS LOTTEAUX Canonicus Laudunensis, Presbyter diocesis Nannetensis, die Jovis XIX. Septembris anni M. DC. LXIX.

à prima ad sextam.

IN SORBONA.
PRO TENTATIVA.